

62. Gasp. Ant. Thesauri,

& ab omnibus scribentibus receptam, Socin.iun.
conf. 145. num. 94 & 97. Rub.d.conf. 17. num. 1.
& 2. Put. decif. 149. num. 1. lib. 2. vbi optime de-
clarat quomodo sit in solutione, temporum di-
stinctio facienda. Et quamuis primo aspectu Do-
ctores videantur in hoc articulo contrarij, quo-
niam aliqui dicunt spectandum tempus solutio-
nis, alij tempus contractus, prout credidit Viu. in
dicta opin. 516. reprehendedo Natt. in conf. 454.
& Bertrandus in eonf. 168. nu. 1. lib. 1. dixerit nul-
lam habendam rationem variationis à tempore
contractus ad tempus solutionis. Tamen re vera
non sunt contrarij, sed concordes, vt aduertit
Rainaud. num. 1. Brun. particu. r. conclus. 1. omnes
enim ad eundem finem tendunt, vt demonstrent,
nullis existentibus contrarijs conuentionibus pe-
cuniam soluendam esse habita ratione ad tempus
contractus, licet in solutione tempus solutionis
consideretur, vt doctè explicat Iohachim. Misin-
ger. singular. obseruat. centur. 4. cap. 1. dicens sol-
uendam esse monetam usitalem proportionabili-
ter ad estimationem antiquæ, & idem voluit col-
legium Louani. num. 57. & pulchritè explicat Bor-
gnin. Calualcan. decif. 16. num. 42 lib. 2. vt scilicet
quo ad bonitatem intrinsecā tempus contractus,
quo ad valorem illius solutionis tempus conside-
retur. Ratio huius conclusionis est, quia in dubio

con-